



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Leontivs M. 18. Iunij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

302 VITA SANCTORVM. 18. Iunij.  
genere vir furentes monuisset, ne crudeli pietate  
Divum offendenterent. Utinam pari studio pro vir-  
tutibus cercaretur, quas in medio positas nulli in-  
videt nobilissimas sine dubio omnium Reliquia-  
rum. Ex Surio.

Vberiorem fructum præbet audientibus Santot-  
rum vita, quam miracula: Illa exigit imitationem,  
ista ingenerunt admirationem: miracula docent quam  
sancti fuerunt; vita verò insinuat, qualiter & nunc  
homines fieri valeant sancti. S. Pet. Dam. l. 1. ep. 19.

S. LEONTIVS M. 18. Iunij.

V Espasiani ævo, LEONTIVS militiae artibus  
clarus Christianæ pietatis penas dedit, Ar-  
cadio mite Cæsaris ingenium in virtutum exci-  
dium incitante. Datu: Hypatio negotium homi-  
nis comprehendendi; is in procinctu febre corripi-  
tur; quā se non antè levandum, Angelo docen-  
te, intelligit, quā Deum. LEONTIVS supplex incla-  
masset. Dictum, factum: et si ne sic quidem cru-  
dele ministerium deseruit; sed cum Theodulo  
Tripolim LEONTIO imminentis abiit. Enimvero  
non refugit captatores nobilis præda; quin in  
domum deductis, comiterque acceptis, ultrò sele  
aperuit, sed jam attonitis inaudita humanitate, &  
imperio oblitis. Tum demum Hypatius suspicere  
LEONTII Deum, qui suis cultoribus hos more  
talem indolem daret; eundem Theodulus depre-  
dicare, unaque poscere tam sancto utrumque Nu-  
mini iniciaret. Favit celum votis, & roscida nabes  
in imbre soluta capitibus superfunditur. LEON-  
TIVS tindos Deo consecrat. Adrianus re intelle-  
cta furere, & nihil profecturis sævitiaz attribut  
tare veterani pariter & tyronum constantiam; &

hi quidem, post equuleum, uncum & verbera, capite imminuti sunt. LEOTIVS longa patientia presidis ingenium lassavit, & totum carnificinæ apparatum exhaustus; donec pendentí continuâ verberatione anima extorta est. Utinam, quemadmodum Themistochli trophæa Miltiadis, ita nobis LEONTII triumphus somnum excuteret! Ex Surio.  
 Quem bene vivere omniaq; ad Dei cultum referre intelliges, et si seper in carcere vixerit, vel pauper sepulchro revulsus combustusq; fuerit, si traximus perpendum corpus præbuerit, nihilominus hunc beare, hunc felicem dicere, hunc ad sidera tollere memineru. S. Chrys. ser. de Virt. & Vit.

## S. OSANNA V. 18. Iunii.

Intra Deum & OSANNAM Mantuanam conti-  
 nuum certamen amoris fuit. Data utrinque ac-  
 ceptaque pignora, quibus neque Deus charius  
 quidquam, nec pretiosius mortales habent. Virgo  
 illibatum pudicitiae florem Deo sacravit: ille vi-  
 cissim arborem suæ crucis orantis humeris impo-  
 suit, ex vero deinceps dicturæ: AMOR MEVS PON-  
 DVS MEVM. Omnes certè OSANNAE cogitationes  
 eò cerebantur: iis maximè diebus, quos amor ejus  
 in cruce pendens fecit sanctiores: cu i tamen satis  
 non fuit animo sauciam aspicere, nisi corpori  
 etiam stigmata infigeret, non nisi paucissimis, &  
 in omnia familiaria jura receptis, ut tesseram ami-  
 citiaz concessa. His ditata characteribus satis uti-  
 que literata fuit, potuitque in hac sancti amoris  
 scripturâ acquiescere. Accessit tamen auctorium,  
 & sub Deiparae disciplinâ nostrum etiam Alphabetum  
 didicit: ut his quoque humanæ iuditatis  
 elementis proficeret ad magisterium virtutis: ne-

que